

Hunc librum Musis
suis inservientem
iure possidet
Theodor Mahlmann

Comparati mihi
Witzeb.
p. mat. 12. q.
p. hinc. 4. q.
Al. Joh. Reibel.
1624.

CHRISTOLOGIAS SACRÆ

Disputatio vigesima Quarta

De

MARIA VIRGINE

MATRE CHRISTI,

Quam

Annunte Θεαγγελίῳ

SVB PRÆSIDIO

Dn. BALTHASARIS MEISNERI

S. S. Theol. D. & P. P.

*In privato Collegio ad disputandum,
proponit*

M. MICHAEL REICHART Witeber-
gensis, Alumn. Elect. Saxon.

*Habebitur ad diem 29. August. horis pome-
ridianis*

In auditorio minori.

WITEBERGÆ

Johannes Gorman excudebat,

Anno cl. 13 CXIX.

CONINUATIO

DE Genealogia & Proavis Salvatoris nostri Iesu Christi in precedenti disputatione actum: ordo postulat, ut de ipsius Genetrice, quae secundum carnem habuit Virgine Maria iam nunc dispiciamus. Ne vero ἀτακτως & ἀπειροδως divagemur, ad tria haec collimabimus capita. I. κατὰ τὴν Λατικὴν Ianam doctrinam de gloriosa Messia Matre proponemus. II. ἀναποδοκίμασιν ὧς blasphemias & ἐπιεργασίας adversariorum rejiciemus: & tandem post Meditationem Practicam recepturi canemus.

CHRISTE fer auxilium castâ de Virgine nate.

CAR. I.

THESIS I.

Licet extra omnem dubitationis aleam iactum sit, Messiam Matrem habuisse. Queri tamen sub initium potest: Quomodo matrem habere potuerit Christus, cum praefiguratus fuerit per Melchisedecum, qui non solum ἀπατάτωρ sed & ἀμήτωρ dicitur, Hebr. 7, 3.

II Vbi responsio in promptu est: 1. Quod nempe Melchisedecus sine patre & matre fuisse dicitur, non quidem eo sensu, ac si nullos habuerit parentes, & vel coelitus delapsus vel ab aeterno existerit, ut Melchisedeciani, delirarunt (a); quoniam veteres arbitrati sunt ipsum fuisse Semum filium Noe (b): sed ideo quod Gen. 4, ubi ipsius mentio non expressè nominetur nec memorentur ipsius

(a) Pareus ad Hebr. p. 228.

(b) Hieronymus in epistola ad parentes.

Evagr.

III Deinde cum in Christo agnoscenda sint duo nati-

nativitates duæq; naturæ, Vtramq; ex antitypo,
qui typum Christi gessit, discimus, alterã divinam
alteram humanam. ἀπὸ τῶν ἐστὶ juxta humani-
tatem, quam non ex Iosepho patre putavit, sed ex
sola matre virgine Spiritus sancti virtute in tem-
pore accepit: ἀπὸ τῶν juxta divinitatem, quam
non ex matre sed ex solo Patre DEO ab eterno ha-
bet: ita tamen ut & mater in Personalibus locu-
tionibus Θεοτόκος & rectè appelletur. (a)

IV. Remota hac remota rectè ad rem ipsam acce-
dimus, ubi duo principaliter attendenda erunt.
Nomen Matris Mellisæ & ipsa Persona
B. Virginis.

V. Nomen Matris Domini fuit Maria. Hebræis
מרים Syris מרים, quo nomine & soror Moysis
insignita legitur Exod. 15, 20. quod Excelsam expo-
nit Schindlerus, (b) & deducit ex radice מרי
Altus, elevatus fuit. Quidam à מרי derivant,
amarus, acerbus fuit, ita ut Maria dicta sit
quasi amara ob dolorum acerbisatem, quos pertu-
lit. Chytræus (c) refert quosdam veteres do-
ctricæ populi interpretasse à מרי & מרי. Hie-
ronymus sermone Syro Dominam sonare vult à
radice Syriaca מרי Dominus. Unde illud 1. Co-
rinth. 16, 22. deductum putat μαργαρίτη quasi
Dominus venit, sc. ad iudicium. Nonnulli deri-
vant à מרי quod est stilla sive gutta, & מרי, quod
mare, quasi dicta sit stilla Maris. (d)

VI. An hoc nomen veteres Iudæorum, qui Mariam
antecefferant præsciverint, suo loco relinquitur.

a. Hunn.
Tom. in
epist. ad
Hebr. p.
901. Perkin
Tom 1. in
explicat.
Symb. p.
603.
Zanchius
lib. 2. de
Incar. Fil.
DEI. c. 3.
q. 4. p. 68.

b. In Lexic.
Penteglot.
p. 1715.

c. In Ono-
mast. Theo-
log. p. 510.

d. lib. de
nominib.
Hebraic.

Galatinus probare conatur autoritate Rabbi Haccados, qui Revelationem arcanorum scripsit; ubi ipsius nomen quoque Patris Mariae nominatum fuisse ex Cabala arguitur. (a)

(a) lib. 7. de arc. Cath. VII. Hec de Nomine Matris Christi: de Persona Ver. c. 12. ipsa quatuor observanda veniunt: Status, Familia, Tituli & Dignitas. & 13.

IX. I. Statu sui Virgo & quidem desponsata. Ex virgine enim sine virili semine natus est Salvator, ut DEI sapientia & singularis huius mysterij ratio innotesceret: nec novo homini alius nisi novus concipiendi & nascendi modus conveniebat. Primus homo Adam ex nullo alio homine natus, sed à DEO immediate creatus est: secundus Eva non ex femina, sed solo viro formata est: Tertij & reliqui homines omnes ex viro & femina naturaliter progenerantur. Quartus restabat modus ex femina sine viro, qui solius est

(b) Zan- Christi novus modus novi hominis, quartus & ultimus modus in quarta & ultima etate pate- cit. Marti- factus (b)

nius lib. 2. IX. Deinde natus est ex femina sola sine viro, ut de Christo. hinc illum etiam aliud quid esse quam hominem tract. 1. c. 8. crederemus.

p. 542. X. 3. Ut implerentur vaticinia Ierem. 31. 22. Esa. 7. 14. Ezech. 44. 1. ut non abs re de hoc mysterio doctoris Ecclesie & Rabbi Haccados exposuerunt. Propterea etiam futurus Messias semen mulieris indigitatur, Gen. 3. 15. non viri.

XI. 4.



XI. 4. Ut natiuitas æterni ἀβύγῃ propter miracu-
lum esset nobilior. 5. Ut Messias futurus sancta &
perfecta victima pro mundi peccatis conciperetur
& nasceretur sine peccato, Hebr. 7, 26 in quo con-
cipiuntur omnes ex viri & femine congressu post
primum peccatum progeniti, Psal. 51, 7. Rom. 5, 12.
Iohan. 3, 6.

XII. 6. Ut lapsui responderet reparatio: Per mulie-
rem & quidem virginem peccandi factum est ex-
ordium, 1. Tim. 2, 14, per virginem igitur peccato-
rum quoq; venire debebat remedium. (a) Zanch.

XII. 7. Quia non decuit ut unus & idem filius duos lib. 2. de In-
haberet Patres, alterum in cælo, alterum in terrâ carn. c. 3.

sed decuit, ut sicut essentiam Deitatis à solo accepit q. 4.

Patre, sic etiam essentiam humanitatis à solâ ac- b Ursinus in
cipiat matre in terris. (a) Catech. p.

XIII. 8. Ut quedam sit analogia inter Christi nati- 237.

uitatem & fidelium regenerationem. Genera- Rudolph.

tio enim Christi ex virgine est signum spiritua- Gualt. hom.

lis nostræ regenerationis, quæ non ex sanguine 3. de incarn.

neq; ex libidine carnis aut libidine viri, sed ex p. 106.

DEO est. (b) (c) Damas.

XIV. Patres (c) addunt hanc rationem, 9. ut l. 3. c. 2. Am-
castitas hoc exemplo nobis commendaretur, quod brof. epist. 81

facile recipimus, si non sensu Pontificio de voto an Sinicium.

continentiæ & virginitatis intelligatur. Nazianz.

XV. Hinc non solum confitemur in Symbolo nostro in orat. de

Christum conceptum à Spiritu sancto, sed laudibus

& natum ex Maria virgine propter verba an- Basily.

geli Matth. 1, 20. & Esaie ibidem v. 23. citata.

(a) Tom. 1.
in Symb.
explicit. p.
604.

(b) Harm.
Evang. c. 8.
col. 98.

(c) Basil. To-
mo 1. hom.
25. p. 232.
Ambros. in
Lucam.

(d) Orige-
nes in Luc.
Theophyla.
in Matth.
Bernh. hom.
4. in vigil.
Nativ.

(e) Alucen-

XVI. Virginitatem autem salvam & incorruptam retinuit non tantum in conceptione & partu Christi, verum etiam post partum. De priori ambigi non potest: Posterius licet manifestis Scripturae testimonijs non fulciatur, pium tamen est credere, cum sacris literis minimè repugnet: aliam rationem verisimilem affert Perkinsius. (a)

XVII. Ceterum ad questionem, an Christus natus sit aperto Mariae utero, an clauso? an cum dolore partus an sine dolore? Respondemus, Verisimilius videri factum id esse viâ clausâ, & per consequens sine dolore, id quod inde colligi posse videtur: quòd mater statim potuit infantem natum curare: quòd dolor poena sit corruptionis, quæ in Maria fuit nulla: quòd deniq; eâdem ratione Christus natus rectè censeatur, quâ conceptus, ut scilicet non fregerit virginitatis claustra, sed sicut impassibiliter intravit, ita ineffabiliter exiit, ut Chemnitius ex Gregorio Nisseno citat. (b)

XVIII. Præterea & hoc notatu dignum, quòd non ex virgine libera, sed iam desponsata, in lucem est editus, Luc. 1, 27. Factum id asserunt Patres (c) tum Sui tum Matris, tum nostri causâ. XIX. Sui, 1. ne nothus & illegitimè prognatus ab infidelibus proclamaretur. 2. ut ejus genealogia ex putatitij patris genere melius innotesceret. 3. ut nutritium curatorem & defensorem haberet in ætate infantili. Tandem ut partus virginis lateret Diabolum, quâ ratione Patres non pauci utuntur (d), eam tamen pleriq; rejiciunt. (e)

XX. Ma-

XX. Matris respectu 1. ut ipsius fama & saluti sis quest. 3. consuleretur, ne pro adultera habita ad supplicium in Matrib. traheretur. 2. ut haberet curatorem in fuga. (a) & c. 1. Scotus in testem cujus conversatione ipsius pudicitia comprobaretur. 3. sent. dist. 30. q. 2.

XXI. Nostri causa, 1. ut fides nostra de nativitate Christi stabiliretur. Ioseph n. procul omne dubium hom. 2. suam reliquisset, si de eius virginitate dubitasset. 2. per Missus ut ostenderetur DEO tum statum virginitatis tum est. conjugij placere. 3. ut modus reparationis responderet modo lapsus, qui originem ex virgine conjugata traxit. 4. Christo mater sponsa quaeritur, & Ecclesia Christi sponsa signetur. (b)

XXII. II. Familia Mariae. Nasci voluit Christus non ex quavis, sed ex ea, quae de tribu Juda, & è domo Davidis orta fuit. Ratio in promptu est in sacris literis, ut nimirum oracula Prophetarum, & decreta DEI, Gen. 29, 10. 2. Sam. 7, 12. ipso opere complerentur. Nec ineptè factum dixerim, ut regiae stirps Messiae majorem dignitatem adderet, ejusq; officium regium adumbraret.

XXIII. III. Titulos Mariae orthodoxè tres agnoscimus duos Biblicos & unum Ecclesiasticum. Ab angelo, Luc. 1, 28. dicitur *καὶ εὐλογεμένη*, quasi gratis dilecta vel gratia affecta. 2. ab eodem & cognata Elisabeta, v. 42. *εὐλογημένη* Benedicta: non activè quasi fons esset gratiae & benedictionis; sed passivè, quoniam à DEO singularem gratiam & benedictionem accepit, dum pra omnibus mulieribus ad conceptionem & partum aeterni λόγος electa fuit.

(b) Chrysol. serm.

146.

XXIV. Ab Ecclesia nuncupatur vulgariter Virgo sancta, sive sancta Maria. 1. Propter Electionem & Consecrationem ad actum hunc preternaturalem, quo sensu usurpatur Lev. 20, 23. 2. Propter Imputationem, quâ & ipsi ut omnibus fidelibus sanctitas Christi imputatur, 1. Cor. 1. v. 30. 3. Propter renovationem, quatenus partim peculiari ratione à Spiritu sancto est sanctificata, ne sanctus sanctorum ex eâ nasciturus ex ipsa aliquid immundum contraheret, de quo testatur angelus Luc. 1, 35 partim per Verbum & Sacramenta fuit purgata, atq; ad hoc Inchoativè sancta, ut omnes pij Phil. 1, v. 1. 4. Propter Consummationem, quam in cœlis cum omnibus sanctis induit, ut usurpatur 1. Thess. 3, 13. 2. Thess. 1, v. 10.

XXV. Monachi sanctitatis speciem seu modum adhuc addunt unicum, Sanctificationem nimirum in utero, ubi à labe originis præservatam dicunt; & ex Evangelio Anaræ mentiuntur, ipsam non ordinariè, sed miraculosè per osculum, quod Pater Ioachimus matri Annæ fixerit, conceptam, referente Osiandro.

XXVI. Verùm nos melioris edocti pernegamus, Mariam unquam ab originali labe immunem fuisse, moti rationibus non probabilibus, sed necessarijs & ex ipsis sacra Scripturæ fontibus haustis. I. Ex dictis universalibus, quibus omnes homines peccatores & in peccatis concepti enunciuntur, Job. 14, 4 Job. 3, 6 Rom. 5, 10. II. Dictis Exclusivis, quibus solus Christus è censu peccatorum exaustoratur,

Hist Eccles.
cent 1. lib. 1.

ratur, Luc. 1, 35. Hebr. 4, 15., 7, 26. III. Dictis de redemptione & sanctificatione Mariae testantibus, Luc. 1, 35, 47. quo utiq; opus non fuisset, si exors peccati exiitisset. IV. Locis, quibus ἀγοὴματῶν Mariae recensentur, Luc. 2, 43, 48. Ioh: 2, 5.

XXVII. V. Ex calamitatibus, & morte, à quibus libera fuisset, si omni caruisset peccato. VI. Quia in sacra Scriptura de hoc Mariae privilegio alium silentium, ἡ δὲ ἐν τῷ ἀποστόλῳ καὶ Ἰωάννῃ. VII. A Testimonio antiquitatis, quæ usq; ad Lombardæ tempora ad annum 1150. B. virginem Mariam in originali peccato conceptam fuisse autumavit, ambitionem & temeritatem, imò infidelitatem ipsi attribuerunt, citante Perkinsio. (a)

XXIX. Ultimo à varietate sententiarum inter ipsos Papicolas. Lombardus (b) Mariam in peccato conceptam fatetur, sed in conceptione Christi purgatam fuisse ab ipso. Scotus (c) dubitanter loquitur & probabile videri ait. Thomas (d) & alij aliter sentiunt. Bellarminus (e) fatetur, dogma hoc non esse comprobatum ab Apostolica sede, nec pro articulo fidei à Catholicis haberi. Concludimus ergo Mariam sanctam rectissime appellari; non tamen omni culpâ & peccatorum maculâ caruisse, verum etiam ut nos morbo hereditario inquinatam & quibusdam ἁμαρτίαις subjectam fuisse.

XXXIX. IV. Dignitas Mariae tanta est ut ei merito summam venerationem & honorem tribua-

A 5

bua-

(a) Tom. 1.
in probl. de
ement. Ca
thol. p. 319.

(b) lib. 3.
dist. 3. lit.
A. B.

(c) lib. 3.
dist. 4. q. 1.

(d) part. 3.
q. 16.

(e) 4 Tom.
con. 417. l.
6. 15.

buamus. Qui ipsi debetur tanquam Prophetisse in terra. Esai. 8, 3. & sancta in caelis, Luc. x, 42. c. 11. 27. Et consistit in his membris 1. Ut gratias agamus DEO de eâ. 2. ipsam amore prosequamur. 3. virtutes ejus celebremus, & 4. pro virili imitemur.

XXX. Nullo autem modo divino ipsam honore afficiendam aut religiosè invocandam censemus: quia non est omniscia ut audire, nec omnipotens ut exaudire possit nostra suspiria. 2. quia hujus cultus nec habemus præceptum, nec exemplum, nec promissum: quibus conditionibus destituta invocatio

(a) Gisen. è Je λοθηροκείας damnatur Matth. 15, 9. & peccati arguitur Rom. 14, 23. fidei enim mensura est Verbum DEI, Rom. 10, 17. (a) Et sic quia de Maria orthodoxè docemus & sentimus.

CAP. II. XXXI. Restat nunc ut ἐτεροδοξίαν in singulis membris annotemus ac obelisco signemus. Primò igitur circa Nomen Beatæ virginis valde ineptiunt pleriq; Pontificiorum. Marinus Brixianus sine ratione à radice **ΜΑΡΙΑ** Rebellis fuit, deducit. (b) Quidam Mariam dictam quasi stellam Maris jactitant, errore ducto ex Hieronymo

(b) In arca Noe p. 408. (qui stillam maris sonare tradidit) vel non rectè lecto vel male intellecto, ut notat Drusius. (c) Ac proinde ridiculus est Barradius, (d) qui hanc interpretationem arripit, Mariamq; stellam maris

(c) quæst. Hebr. lib. 1. q. 53. (qui stillam maris sonare tradidit) vel non rectè lecto vel male intellecto, ut notat Drusius. (c) Ac proinde ridiculus est Barradius, (d) qui hanc interpretationem arripit, Mariamq; stellam maris

(d) Harm. Evang. lib 6 c. 4. p. 267. (qui stillam maris sonare tradidit) vel non rectè lecto vel male intellecto, ut notat Drusius. (c) Ac proinde ridiculus est Barradius, (d) qui hanc interpretationem arripit, Mariamq; stellam maris

(e) in specul. c. 1. dictam Mariam putant, ut Bonaventura (e) Maria

ria, inquit, mare est gratiae affluendo,
amara filio compatiendo, & amarum ma-
re Diabolum submergendo.

XXXII. Nimum superstitiosi sunt, qui hoc nomen
virgini Deiparae ab aeterno à DEO destinatum,
illudq; solum cum nomine IESV in libro vite in-
scriptum docent, idq; multis verborum lenocinijs
probare conantur, ut Barradius loco citato.

XXXIII. Circa Personam Mariae & quid I. Sta-
tum. Blasphemi fuerunt I. Ebion & Cerin-
thus, qui Messiam conjugem Iosephi statuerunt,
& Christum ex concubitu Iosephi & Mariae na-
tum esse calumniati sunt, ut cum Ψιλὸν ἀνθρώ-
πων facerent: Moti nullâ aliâ ratione quàm quòd
Maria γυνὴ Iosephi dicitur, Matth. 1, 20. & con-
tra Ioseph ἀνὴρ Mariae, v. 16, 19. & pater Christi
Luc. 2, 48.

XXXIV. Verùm responsio est facilis: Ad prius,
Consensus facit matrimonium, non con-
suetudo conjugalis. Desponsati fuerunt Ioseph
& Maria, ideò conjuges appellantur, more Scri-
pturis consueto, Deut. 20, 7. 6. 28, 30. Manifestum
hoc est ex c. 1. Matth. v. 18, 19, ubi Ioseph iam ante
concubitum gravidam deprehendens voluit relin-
quere. Deinde expresse dicitur γυνὴ Iosephi με-
μνησθειμένη, uxor tantummodò desponsata, non-
dum domum deducta.

XXXV. Ad posterius dicimus Iosephum Patrem di-
ci non Naturæ sed Curæ. Hinc significanter lo-
quitur, & sese explicat Lucas, c. 3. 3. de Christo
in qui-

inquiens; Erat filius, ut putabatur, $\omega\varsigma$ $\epsilon\nu\omicron\mu\iota$ -
 $\zeta\epsilon\tau\omicron$ Iosephi.

XXXVI. 2. Magis impij sunt Judæi, qui gloriosam Christi matrem adhuc hodiè in suis Synagogis pro scorto & pellice venditant, ac vir a lento ore proclamant. Et ut obstinatum hunc suum errorem obtineant, nec claro testimonio Esai. 7. 14. cedere cogantur: Vocem $\eta\delta\gamma$ non perpetuò virginem significare clamant, sed nonnunquam juvenculam à viro cognitam, ita ut potiùs sit nomen ætatis quàm status. Idq; contra Stripturam, in qua hoc verbum in nullo alio significato invenitur: contra ipsam Etymologiam, cum hoc vocabulum absconditam sive illibatam signat virginem, quippe à radice $\delta\gamma$ Abscondidit, descendens contra aliquot deniq; Rabbinos.

XXXVII. Male suæ causæ ut patrociniùm quærant opinionem suam probare volunt ex hoc loco, qui tamen controversus. & altero, Proverb. 39. 19. Vbi Alma viro addi prætendunt, ac proinde pro virgine sumi non posse, verùm pro adulterâ & scorto, idq; ex seq. vers. obtinere satagunt.

XXXIIX. Verùm putida sunt commenta. Priori enim loco de inusitato DEI opere loquitur Esaias, quoa superet naturam. Atqui mirum non est concipere juvenculam, quæ virum cognovit. Sed instant Prophetam hîc non loqui de matre Messia, sed de uxore suâ, idq; ex c. 8; 3. deducere volunt.

XXXIX.

XXXIX. Nuga autem sunt. Fœmina, de qua Pro-
pheta loquitur, est juvencula. Vxor Esaiæ talis non
est quippe filium adultum habens, ut patet ex c. 7.
v. 3. Deinde Almæ filius est Dominus terræ, Esai.
8. 8. & seqq. 3. Caput octavum cum nono cohe-
ret, ut contextus evincit & Targum & alij ve-
teres Hebræi attestantur. Iam de quo loquitur
caput nonum, de eo & octavum. Sed nonum non
de $\Psi\iota\lambda\omega\ \alpha\nu\theta\epsilon\omega\pi\omega$, verum de Messia intelligen-
dum. Ergo & octavum. 4. Deniq³, filius Almæ
est Emmanuel; filius Esaiæ non est Immanuel.
Ergo. 5. deniq³, Rabbi Haccados de Messia in-
terpretatur hunc locum. (a)

(a) Galatius
lib. 7. c. 15.

XL. Adhuc nugari pergunt Iudei ita argumen-
tantes: Filius Almæ dicitur Immanuel. Filius
Mariæ non dicitur Immanuel, sed Iesus. E. Nos vi-
demus has ineptias & futilitates, docti Scripturam
Messiæ non unum nomen tribuere, sed plura; quo-
rum alia sunt Naturæ, ut Immanuel, alia im-
positionis, ut Iesus; alia Officii, ut Christus;
quæ tamen non pugnant, sed mirè consentiunt &
congruunt.

XLI. Posteriores locum Prov. 30. 16. quod attinet,
ex eo nihil eruere possunt. Nam & mirabilis est
ratio & consilia varia procerum, qui virginis nu-
ptias ambiunt. Nec movet nos quod in seq. vers.
adulteræ fiat mentio: sententiæ enim illius capi-
tis non coherent, sed sunt variæ ac prorsus diver-
sæ & disparatæ. Ad hæc posito Salomonem in te-
xtu de adulterâ loqui, nihil tamen lucrarentur Iu-
dæi, nisi hoc, sermonem esse de juvenculâ, quæ se

(a) *Iacob. Mart. lib. 3. de trib. Eloh. 6. 43.* pro virgine venditet, licet virgo fuerit. Abusiva verò significatio vocabuli genuino & proprio non potest præscribere. (a)

XLII. 3. Porro Helvidius virginiam Mariæ in totum non negavit, sed ex parte de eâ dubitavit, nempe post partum Messie. Motus Matth. 1. v. ult. ex quo duo proposuit argumenta. 1. Christus dicitur primogenitus Mariæ, hinc sequitur, quod plures post Christum natos peperit. 2. Mattheus dicit, non cognovit eam, donec peperit. Ergo postea cognovit eam Iosephus.

XLIII. Nos paucis Resp. hoc dogma non esse articulum fidei. Interim hunc locum Matthæi nihil concludere. Vocabulum enim Primogeniti non semper dicitur respectu relationis ad fratres postea natos. Nam ut novissimus appellatur is, post quem nullus est alius: ita primogenitus vocatur is, ante quem non fuit alius. Deinde particula Donec est ambigua; nonnunquam enim significat terminum rei, cui apponitur, nonnunquam continuationem. (b)

(b) *Munn. In c. 1. Matthei. Chemn. in harm. lib. 1. c. 8. sub fin.*

XLIV. Nec nos movet, quod fratres habuisse dicitur Marc. 6: 3. Fratres enim quatuor modis dicuntur: Naturâ, Gente, Cognatione, Affectu; modo tertio hic de Christo enunciatur. XLV. Tandem 4. Scholastici & Jesuitæ (c) non sanâ mente videntur præditi, dum ex Luc. 1, 34. Gregorius elicere volunt. Mariam votum virginitalis fecisse: ac si dixisset, virum non cognosco, hoc est, cognoscere nolo. DEO enim virginitalatem vovi.

(c) *Baron. Tom. 1. p. 33. Bellar. l. 2. c. 22. Gregorius de Valentia Tom. 3. disp.*

Nam

Nam verba ista non sunt dubitantis sed modum 10. q. 4. d. 1.
 querentis: quod manifeste ex contextu patet; & 1. cor. 227.
 si paulo attentius introspicitur, contrarium evincit,
 ita ut nullus conjectura Papistica relinquantur lo-
 cus. Adde quod in Veteri Testamento tale votum (a) Casax-
 plane ignotum erat. (a) Fabulam, quam ex Prot- bon Exer. 1.
 evangelio Jacobi asserunt, ut fas flocci facimus. c. 21.
 XLVI. II. Familiam B. Virginis negat, surijs (b) lib. de
 certe agitatius Smalcus, (b) dum asseverat Chri- divin. Chr.
 stum ideo dici natum ex stirpe Davidis, non quod c. 3. p. 8. in
 mater ejus ex illa familia fuerit, sed quod viro ex refut. Smi-
 illa familia oriundo fuerit desponsata. Quam sen- gley c. 18.
 tentiam cum nullo argumento stabiliat, cumq; ipsa p. 138.
 extreme sit diabolica, & fundamentum totius
 nostrae religionis de Christo Messia subvertat, piã
 tantum de refutatione refutamus. Quod si genea-
 logias Evangelistarum urgere voluerit, adversa-
 rium ad disputationem precedentem remittimus. Valent. tom.
 XLVII. III. De Titulis Mariae crassum fovent 4. p. 486.
 errorem Pontificij: dum ex eo, quod sancta dici- Bellar. Tom.
 tur Maria, ipsam sine Peccato originali con- 4. l. 1. c. 6. &
 ceptam, vitamq; sine actuali traduxisse affir- l. 4. c. 15.
 mant. Sed cum argumenta nihil habeant, potif- P. Galatin-
 simum ex illo Cant. 4, 7 deducant, quod non de lib. 7. Catho.
 Maria, sed de Ecclesia Christi loquitur, & ex Pseu- Verit.
 devangelio Andreæ hanc opinionem hauserint,
 opinionem istam suis autoribus remittimus.
 XLIX. IV. Dignitatem deniq; Mariae nimi-
 um extollunt Papicole. Dum ipsam cultu reli-
 gioso




gioso ἡ ἐπιδοξολογία venerandam ac adorandam
censent, ipsi festa sanciunt, & planè equali cum
Christo honore prosequendam statuunt. De qua
idololatria jam multis agere non licet, & aliis in
loco de invocatione Sanctorum disputari
solet.

CAP. III. XLIX. Nos jam vela contrahimus. Et quia Chri-
stus filius hominis, verusq; homo ex sola virgine
Maria sine viro natus; inde contra fanaticos
quosdam μισογυναικας evidenter concludimus:
Mulieres aequè esse homines ac Masculos. Quem-
admodum enim vita per mulierem abiit in perdi-
tionem, ita per sceminam introducta est in mun-
dum salvatio. Arripiant hoc dulce solamen in
omnibus calamitatibus & agone mortis scemelle.
Nos verò cohabitemus, ut scientes decet,
vasi muliebri ut infirmiori, tribuen-
tes eis honorem tanquam co-
hæredibus gratiæ vitæ.

1. Pet. 3, 7.

CHRISTO Θεωπρωπῶ laus
& gloria.



Inches 1 2 3 4 5 6 7 8
Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8

Farbkarte #13

B.I.G.

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

LOGIAS SACRÆ
vigesima Quarta
De
A VIRGINE
E CHRISTI,
Quam
mente Θεανθρώπου
B PRÆSIDIO
ASARIS MEISNERI
Theol. D. & P. P.
Collegio ad disputandum
proponit
L REICHART Witeber-
Alumn. Elect. Saxon.
diem 29. August. horis pomeri-
ridianis
auditorio minori.
WITEBERGÆ
s Gorman excudebat,
ano cl. 16 CXIX,

